Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26216
Copyright: Admont, Benediktinerstift

guratus monasticis sanctionibus destinauit corde
puer bone indolis regredi ad domum genitoris.
Quod sagaci animo concepit ad effectum actionis
usque perduxit. Quem benignus pater dilectum pignus excipi
ens amabiliter intellexit mente non mediocriter eum trans
cendere annos puericie. Gaudebant ambo. Lambertus
honore paterno. et pater insignis Lamberti exactibus al
mis. Idemque puer strennuus nitens totis uiribus uir fie
ri perfectus iuxta psalmigraphi uocem ibat cottidie
de uirtute in uirtutem. preparans se ad illa perfici
enda. que incommutabilis dei prouidentia ante
tempora secularia per ipsum fieri predestinauit opera.
Quamquam enim iuuenis esset etate. morum tamen gran
deuus sobrietate. iactantiam omnino uitabat.
pompam seculi uiriliter conculcabat. Quicquid ha
bere poterat pauperibus erogabat. condens celo
thesauros ubi possideret eos. cum soluit feliciter
transituris. uiuere feliciter inciperet permansuris.
Eodem quoque tempore alius pontifex Theothardus
et carissimus Christi martyr futurus uir sacerdotali reue
rentia plenus. et coram diuinis conspectibus sacerdos
beatificandus. in memorato superius loco episco
palem administrabat dignitatem. Huic memo
rabiliter adolescens Lambertus nobilitate cluentissi
mus. forma corporis elegantissimus commendatur in au
la regia educandus. ut uelut lapis preciosus mul